

Joachim Albinus Johannes Meier

**Octava Disputatio Feudalis De Actionibus, Vasallo, Seniori Et Successoribus,
Feudi nomine, Competentibus;**

Rostochii: Ferberus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730883876>

Druck Freier  Zugang



OCTAVA ^{26^{d.}} ¹⁰
DISPUTATIO FEUDALIS
De
ACTIONIBUS, VAS-
SALLO, SENIORI ET
SUCCESSORIBUS, FEUDI
NOMINE, COMPETENTIBUS;

Quam

DEO TER OPT: MAX: CLEMEN-
TER ADJUVANTE,

Autoritate & Consensu Magnifici & Amplissimi]Cto-
rum Ordinis in Illustrissima Rosarum
Academia,

P R Æ S I D E

CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO VIRO
D N. JOACHIMO ALBINO

J. U. D.

Publicè examinandam proponit

JOHANNES MEJER, Osnabr.
Westphalus.

In Collegio Majori horis à 7. matutinis ad diem 14. Julij.

—(—)—

R O S T O C H I I,

Typis AVGVSTINI FERBERI, Anno 1621.

R.U. - jur 1621 Albinus, Joachim/c

Viro

NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
GLARISSIMO AC CONSUL-
TISSIMO,

DN. JOANNI à LAN-
GEN, J. U. D.

Potentissimi Danorum Regis
Christiani IV; nec non Reverendissimi Osnaburgensi-
um & Verdensium Episcopi PHILIPPI SIGISMUNDI; ut
& Illustrissimi Brunovicensium Ducis, FRIDERICI
ULRICI Consiliario intimo, Verdensis Diocœ-
sios Cancellario dignissimo, vigilantissimo,

*Dn. Mecenati, Promotori & Amico suo
multis suspiciendo, æ viternum colendo,*

Positiones hæc Feudales, in de-
bita observantia & animi officiosis-
simi, obsequiosissimi tesseram

Dedicat & offert

JOANNES MEIER,
A. & R.

ACTIONIBUS FEU-
DALIBUS.

ΠΑΡΑΣΚΕΤΗ.

Materiam quamlibet in locis proprijs & convenientibus proponendam & discutiendam esse, arg. l. Imperator 16. ff. de in diem addict. Juris interpretes sapius monent, fideliterq; eo ipso Ordinis studium nobis recommendant. Et non immeritò: Ordinis siquidem beneficio difficultates, quæ ex permista rerum tractatione oriri solent, extirpari, easdemq; explicari, non solum Imperator noster Justinianus in §. 2. l. de Just. & Jur. §. 4 l. Quib. mod. test. infir. §. 3. l. de Legat. vers. Sed ne & alibi; sed etiam Jcti veteres, quos magno numero hanc in rem recenset, celeberrimus Dn. Giphanius in præf. ad part. Feud. Rittersh. vers. Prius tamen, &c. manifestissimè demonstrant & ob oculos ponunt. Cum igitur hæcenus de Feudorum Origine: de Personis dantibus & accipientibus: de Rebus quæ dari possint & non possint: de Constitutione per Investituram: de Successione: de Jure vasalli & Senioris: de Amissione & devolutione, pro institutiratione satis disquisiverimus; ordinis & methodi ratio hortatur, ut paucis etiam in præsentiarum de Actionibus propter Feudum competentibus dispiciamus. Primum itaq; Actiones Vasalli, deinde Domini, ad extremum liberorum Vasalli & Agnatorum, DEO AUTORE ET ADJUTORE, videbimus & pensculabimus.

T H E S I S I.

Actiones (a) Vasallo Feudi nomine competentes tripliciter propemodum differunt: (b) Aut enim
V 2 Vasallus

Vasallus agit cum Domino de Feudo Acquirendo ; (c)
Aut de acquisito Retinendo ; (d) Aut deniq; de amisso
Recuperando ; (e)

(a) Cum omnis, *momente post Platonem Cicerone*
1. offic. quæ ratione suscipitur de re aliqua tra-
ctatio, à definitione proficisci debeat, ut intel-
ligatur quid sit id, de quo disputetur: In opere
autem Feudali nullibi expresse reperitur de-
finitum, Quid sit Actio, ad Juris Civilis prom-
ptuarium licitè recurrimus *arg. c. unic. 2. F. 1.*
& ab Imperatore Justiniano hanc actionis de-
finitionem petimus precario, cum illo dicen-
tes: Actionem nihil aliud esse, quàm jus per-
sequendi in judicio, quod sibi debetur. *I. de Act.*
in pr. l. 51. ff. de O. & A. Et sic Juris veterum
& recentiorum vestigijs merito insistimus, a-
pud quos semper solenne fuit & frequentissi-
mum, à definitione, nominis notatione vel allu-
sione ordiri, ut apparet *ex l. 13. §. 3. vers. Animad-*
vertendum, ff. de reb. dub. l. 1. ff. de legib. l. 1. ff. de
in jus voc. l. 1. ff. de Pact. l. 1. ff. de Procur. l. 1. ff. de
capit. dimin. l. 1. ff. de Tutel. & alijs locis in nu-
meris. Ut autem sigillatim definitionis mem-
bra excutiamus, vocabuli notationem & *πολυ-*
σημιαν adsignemus, paginæ angustia non pati-
tur, & quid aliud esset Illiada post Homerum
scribere, si hoc non est præsertim in tanta cele-
brium Institutistarum & commentatorum co-
pia, ad quorum operas nunquam satis laudatas
hac in parte nos remittimus. Hoc tamen quasi
in transcurso, de definitione Justiniana firmiter
adferentes, generaliter in illa definiri omnem
actionem, quam permittit jus in usu forensi re-
ceptum, sive scriptum illud sit, sive non scriptum;
& proinde illam actiones tam reales quàm per-
sonales, præjudiciales, Interdicta & officium
judicis

judicis sub se continere. Idq; cum altero illo
 seculi nostri Sulpitio (ut ex Mynsing. vocat Moller.
 2. sem. 47. n. 16.) Joanne Oldendorpio in tr. de
 Actionibus in explic. defn. Quid ergo vetat, quo
 minus, pro re nata, eandem ad persecuciones
 actionesq; Feudales applicemus. Quomodo
 autem unaquæq; Actionum Feudalium in Ju-
 dicium deducenda sit, ut & de toto processu
 Feudali judiciario, ex disp. sequenti patebit, nos
 intactum illud relinquimus. (b) Quæ distincta
 sunt & reipsa differunt, non nostrum erit con-
 fundere, præcipuè cum distinctio sive partitio
 animum legentis incitet, mentem præparet &
 memoriam artificiosè informet, ut loquitur
 Accursius in proæmio Institut. sac. l. 1. in pr. ff. de
 dol. mal. & met. except. (c) De quo thes. sequent.
 agemus. (d) De illo thes. 3; (e) De hoc thes. 4.

I I.

De Acquirendo Feudo Vasallus vel ob promissio-
 nem legitimam (a) de Investiendo (b) actionem dicitat:
 vel ob factam Investituram cæremonialem (c) vacuam
 (d) Feudi possionem sibi à Domino tradi desiderat.
 Idq; pro contractuum & causarum, promissioni vel
 Investituræ adjectarum varietate, (e) remedijs & actio-
 nibus varijs.

(a) Ex nuda & simplici promissione cum Vasal-
 lo nihil debeat, nec efficaciter agi possit
 arg. §. 1. vers. ceterum l. de milit. testam l. 55. ff. de
 contr. Empr. l. 2. §. 3. ff. de dol. mal. & met. except.
 Curt. Junior. tr. Feud. part. 2. quest. princ. 2. n. 34.
 Oldend. Class. Act. 5. tit. de Action. benefici, m. p.
 935. Dissent. Rosenth. c. 6. conclus. 5. n. 3. & c. 12.
 conclus. 11. n. 13. cir. fin. n. 14. & 15. & seqq. non
 sine ratione LEGITIMAM i. e. certo quo-
 dam contractu, vel causa certa munitam pro-
 missio-

missionem intervenire & adesse volumus, ut
actione inde sit locus. Dum autem nullam
in tali legitimæ pollicitationis specie prodi-
tam esse actionem asserit Anton. Gothofr. *diff.*
Feud. 13. th. 1. sub lit. F. an sub lit. G. ejusdem.
thes. sibi constet, in ipsa collatione videbimus.
(b) Promissio verò illa de investiendo, tantæ
efficaciæ non est, ut Dominum ad Feudum
præcisè tradendum adstringat, & hic solvendo
id, quod interest, liberari nequeat, *arg. l. 7. § 4.*
l. 45. ff. de Pact. l. 1. ff. de Act. empr. l. 26. ff. de do-
nar. l. 31. in pr. ff. de A. R. D. l. 114. de V. O. Jacob. de
S. Georg. vers. Investivi talem n. 8. Borch. c. 9. n. 12.
Schrad. part. 5. c. 1. n. 10. Rosenth. cap. 6. concl. 6. n.
8. Rittersb. P. F. lib. 1. c. 9. quest. 20. lib. 2. c. 8. quest.
6. Clarus § Feudum. quest. 26. n. 3. Myns. 4. Obs. 61.
n. 14. (c) Ita malumus appellare potius quàm
abusivam, sicut FF. communiter. Quis enim
probet abusus in materia tam nobili, vel, ut
cum Oldend. loquamur, in summa nobilium
dignitate? Alia Synonima vide in *disput. coll. 4.*
th. 6. sub lit. A. Investitura autem hac cæremoni-
ali facta, Dominum præcisè ad Feudi vacuã
possessionem tradendam, sive ad cæremoniali-
ter investitum propriè investiendum teneri ar-
bitramur, *per c. unic. in fin. 2. F. 7. c. un. § Si facta.*
2. F. 26. Jacob. de S. Georg. d. l. n. 4. Duar. tr. Feud.
c. 18. n. 4. Borch. c. 7. n. 8. Schrad. p. 5. c. 2. n. 17.
Rosenth. d. l. n. 6. Vult. lib. 1. c. 10. n. 11. lib. 2. c. 1.
n. 12. Clar. d. quest. n. 2. Myns. d. Obs. 61. n. 4. & seqq.
qui ibidem n. 10. dogmatis hujus rationem ad-
signat, quam sequitur *Dn. Obrecht. tr. Feud. lib. 2.*
c. 8. n. 104. Aget autem ex hac investitura Va-
fallus contra Dominum actione ex Feudo, ut
Bartolus: vel actione beneficiaria, ut *Olden-*
dorpius: vel conditione ex moribus, ut *Dd.*
commu-

communiter : vel conditione ex lege ut *Dua-*
renus : vel actione feudaria ut *Dn. Gædæus*
illam appellant, & vocabulis solum non re-
dissentiunt, & hac actione omne jus ex cœre-
moniali investitura sibi debitum prosequetur.
Si enim consuetudo est efficax ad producendū
hunc novum contractum. *vide disp. coll. 1. th. 5.*
cur non etiam efficax esset ad hoc, ut eidem at-
tribuat propriam actionem, actioni proprium
nomen : exemplo cæterorum contractuum,
præsertim Emphyteuseos, de qua videri pos-
sunt, quæ proposita sunt à *Bronch. 1. Misc. 43.*
Actionem autem hanc personalem, bonæ fidei,
& utrinq; directam esse constanter adsevera-
mus, cum *Ant. Gothofr. disp. 13. ih. 2. sub lit. A.*
Interdicta etiam adipiscendæ possessionis Va-
sallo cæremoniali investiturâ præviâ, compe-
tere, cum *Gailio 2. Observ. 152. n. 17. & Schrader. p.*
5. c. 2. n. 26. in fin. contra *Niellium* dissenti-
ent defendere conabimur. (d) Quam expres-
sè requirit *d. c. un. 2. F. 7. in fin. & FF. commu-*
niter arg. l. 2. l. 3. l. 7. C. de acqu. poss. l. 12. C. de
probat. Curt. Jun. part. 2. quest. princ. 2. n. 32. apud
quem n. 33. & seqq. simul videri poterunt qua-
tuor limitationes sive casus, quibus Dominus
ad præcisè tradendum non sit obstrictus. Va-
cuam verò possessionem de jure Feudali intel-
ligimus illam, quæ libera, non alteri concessa,
non occupata ab alio quàm à solo Domino;
& ita vacuum illam esse volumus respectu alio-
rum, non vacuum respectu Investientis. *Curt. d.*
l. Mynf. cent. 4. Obs. 61. n. 4. (e) Si enim stipu-
latio promissioni accesserit, dabitur Vasallo a-
ctio ex stipulatu. *arg. l. 83. §. 6. ff. de V. O.* Si
emptio venditio, actio ex empto, *arg. l. 11. in pr.*
ff. de Act. empt. Si permutatio vel cambium,
actio

actio præscriptis verbis. *arg. l. 4. C. de Rer. permue.
l. 5. §. 1. ff. præscr. verb.* Si donatio, conditio ex
lege *arg. l. 35. C. de Donat.* Si testamentum,
actio Testamentaria directa, si codicilli vel do-
natio mortis causa, actio ex testamento utilis
*arg. §. 2. vers. Nostra autem. I. de legat. l. 1. C.
Comm. de legat. Myns. cent. 5. obs. 61.* De quibus
elegantissimè post alios tractarunt. *Dn. Bocerus
Clas. 4. disp. 18. th. 5. & Anthon. Gothofr. d. disp.
13. th. 1. sub lit. G. & H. Wesenb. tr. Feud. c. 17. n. 8.
Licet quo ad actiones testamentarias Horto-
mannus disp. Feud. c. 34. & Ritterf. P. F. lib. 2. c. 8.
quæst. 5. cir. fin. dissentiant, an rectè ex disqui-
sitione patebit.*

III.

Postquam verò Vasallus à Domino propriè sive re-
aliter investitus, & sic Feudi possessionem (a) nactus
est, pro conservatione juris & dominij (b) acquisiti, tam
actionibus Confessoria & Negatoria, (c) Finium re-
gundorum, (d) & Mandati, (e) quam Interdicto uti pos-
sidentis (f) & Imploratione officij judicis, (g) uti poterit.

(a) Vasallum enim per rectam sive propriam
Investituram, Feudi possessionem consequi ma-
nifestum est, ex *c. unic. §. fin. 2. F. 7. c. unic. vers.
Quamvis 2. F. 8. c. unic. §. Si facta 2. F. 26. c. unic. 2.
F. 88.* Quænam autem & qualis illa sit posses-
sio, an naturalis, an verò civilis; inde pugna &
anceps FF. exsurgit controversia. Nos argu-
mentis, quæ utrinq; moventur, relictis, Vasal-
lum prædium Feudale naturaliter, at ipsum
Feudum. i. e. jus utendi fruendi civiliter pos-
sidere dicimus. *vide Colleg. disp. 6. th. 7. lit. C.*
ubi etiam hujus sententiæ laudantur Patroni.
(b) Utilis putà non autem directi. Nam ne pa-
cto quidem id effici potest, ut dominium

Feudi

Feudi directum ad Vasallum transeat: tum
quod illud sit contra Feudi definitionem, quæ
extat *c. unic. vers. Hujus autem. 2. F. 23.* tum
quod retentio domini directi sit de substantia
Feudi *arg. d. c. & c. unic. vers. Quamvis. 2. F. 8. fac.*
c. unic. 2. F. 43. ibi: Ipsa enim & c. Zasius p. 1. n. 8.
sibi contrarius p. ult. n. 33. Borch. c. 1. n. 13. Carol.
Tapia. in repetit. l. ult. ff. de Const. Princip. p. princ.
1. c. 1. n. 27. Dominiorum autem illa in Utile
& Directum distinctio licet ab Interpretibus
conficta, nec apud veteres usquam legatur,
Duar. Anniv. disp. 17. in med. Magistrorum non-
juris, Costal. in l. 1. ff. Si ager. vectig. n. 15. ve-
teribus & sincerioribus Jctis incognita sit.
Vultei. disc. Scho. 19. cir. ff. & ob id à Dd. passim
improbetur. Borch. d. c. 1. n. 15. Cujac. 11. Obs.
35. Trent. vol. 1. disp. 15. th. 1. lit. G. Bronch. 1. Mi-
scell. 38. Cum tamen ex re ipsa nata sit, *Costal.*
d. l. docendi & traditionis familiaris gratia
illam à Dd. recentioribus commodè recteq;
usurpari, defendemus *cum Corras. 6. Misc. 20.*
n. 2. Costal. in parerg. vers. Itaq; eum. n. 12. Robert.
3. Sent. 18. Rebuff. in l. 67. vers. Duplex est dominium
ff. de V. S (c) Confessoria Vasallo datur contra
eum qui impedit servitutum rei Feudali debi-
tam. *arg. l. 10. §. 1. ff. Si Servit. vindicet.* Nega-
toria si alius servitutum sibi in re Feudali com-
petere adfirmet, quod Vasallus neget. *d. c. unic.*
2. F. 8. ibi: Nam & servitutum eidem rei debitam
Petere potest & Retinere. Petere per Confes-
soriam, Retinere per Negatoriam. Rittersh P.F.
l. 2. c. 8. q. 4. Assertioni patrocinantur Ro-
senth. c. 12. conclus. 12. n. 12. Vultei l. 2. c. 1. n. 13.
Obrecht lib. 4. c. 10. n. 20. Anton. Gothof. disp. 13.
thes. 3 lit. E. In Servitutibus enim has actiones
locum habere certo est certius. *arg. §. 2. I. de*

X

Action

*Action. l. 1 in pr. l. 5. in pr. ff. Si Usufr. pet. l. 2. in
pr. & t. r. ff. Si Servit. vindicet. l. 29. §. 1. ff. ad. E.
Aquil. l. 62. §. 2. ff. de Eviction. l. 17. §. 3. ff. de Aqu.
& aqua. pluv. arcend. De natura actionis utri-
usq; constare poterit ex Oldend. Clas. 3. Action. 4.
& 5. (d) Cum nulla inter mortales ad rixas &
arma proclivior sit controversia, quam de fini-
bus agrorum, Oldend. Clas. 3. Act. 14. Rubr. Ad-
finia remedia in pr. et jam de hoc remedio Vasallo
rectè provisum est, arg. l. 4. §. 9. ff. Fini. regund.
quo compellere potest vel Dominum, ut ei
Feudi confines cum pertinentijs, si forte speci-
ficati ante Investituram non fuerant, determi-
net; vel extraneum confines agros habentem,
ut illorum terminos ad suam rectitudinem
redigat. Rosenth. d. c. 12. concl. 12. n. 22. Ant. Go-
thofr. d. disp. 13. th. 3. lit. F. (e) Contraria puta.
Quæ datur Vasallo pro Domino Feudi fideju-
benti, ejusq; heredi contra Dominum ejusq;
heredes. arg. §. 6. I. de Fidejuss. l. 4. in pr. ff. eod. l.
10. §. 11. l. 14. in pr. l. 20. §. 1. l. 29. in pr. l. 51. ff. Man-
dati l. 47. ff. de Condict. Indebiti. Schurff. Cons. 80.
n. 2. cent. 2. Oldend. Cl. 4. Act. 24. vers. Contraria
actio n. 4. Joan. Köppen in decis. quest. 39. n. 35. He-
ring. in nobilissimo suo tractatu de Fidejuss. c. 25. n. 9.
(f) Quod est prohibitorium retinendæ posses-
sionis remedium. l. 1. §. 1. & 4. ff. Uti possidet. Si-
ve ergo à Domino sive ab extraneo Vasallus
in possessione Feudi turbetur, hoc interdicto
ei contra utrumq; experiri licet. arg. l. 1. §. 8. l.
3. §. 3. l. ult. ff. uti possid. l. Unic. C. eod. Sententiæ
hanc tuentur. Menoch. Retin. poss. remed. 3. n. 81. 82.
& 83. Borch. c. 9. n. 17. Duar. c. 19. n. 6. Vultei lib.
2. c. 1. n. 15. Obrechr. lib. 4. c. 10. n. 14. Bocer. Clas.
4. disp. 16. th. 41. lit. C. Ant. Goth. d. disp. th. 4. lit. C.
Arumæ. disp. Feud. ult. th. 4. in pr. Pro ratione
sufficiat,*

Sufficiat, quod Vasallum Feudum possidere demon-
straverimus. *supr. h. th. lit. A. (g)* Quod Va-
sallus contra Dominum nimis magna & insoli-
ta servitia exigentem implorare, & hoc nomi-
ne ordinarium sive superiorem adire & petere
poterit, ut contra eum inhibitorium manda-
tum decernat, eiq; mandet ab ejusmodi iniqua
exactione possessionisq; turbatione desistere.
Curt. Jun. p. 7. n. 36. Rosenth. d. Conclus. n. 28. Schrad.
part. 10. Sect. 6. n. 93. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 7. n. 13.
Vult. lib. 2. c. 1. n. 16. Obrecht. dl. n. 15. Myns. 5. Obs. 8.
n. 4. Gaill. 1. Obs. 17. n. 1 & seqq. Hartm. Hartm. Pract.
Obs. tit. 54. Obs. 43. n. 1. Rosenthal dl. manda-
tum hoc inhibitorium cum clausula justifica-
toria decerneudū esse dicit; quod etsi non im-
probemus, quandoq; tamen etjā mandata hæc
sine clausula contra Dominos impetrari posse,
non solum in Ordinatione Camerae part. 2. tit.
23. fundatum; sed etjam à celeberrimis Germa-
nix JCtis & practicis. Mynsing. d. Obs. 8. n. 12.
Gaillio d. l. & Sixtino lib. 2. de Regal. c. 13. n. 57.
& 58. alijsq; observatum & adprobatum co-
gnovimus; Si modo ex supplicationum nar-
ratis de nimia atrocitate & sævitia Domini
constet, ita ut factum ejus omni jure sit prohi-
bitum. Imò etjam si Vasalli sive subditi de
sævitia Domini non conquerantur, neq; per
alios id fieri curent; potest tamen & debet ju-
dex sive Superior, sine ulla imploratione ijs
providere ne plus æquo à Domino onerentur
& vexentur. per l. Illicitas. 6. §. 1. & 3. ff. de offic.
Presid. Myns. d. Obs. 8. n. si. Gaill. d. Obs. 17. n. 7.
Sixt. d. c. 13. n. 55. Si verò pro servitijs à Vasallo
pecunia soluta, idq; in majori summa quàm de-
bebatur factum sit, condictio indebiti, de eo,
quod plus debito solutum est, institui poterit.

*arg. l. 31. l. 40. § 1. l. 43. in fin. ff. de Cond. Indeb.
Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 7. n. 14.*

IV.

Pro Feudo sine culpa (a) amisso recuperando Vafallo competunt, Utilis rei vindicatio (b) actio de evictione, (c) actio in rem Publiciana, (d) & Interdictum unde vis; (e) An verò illud etjam detur Vafallo contra ipsum Dominum? admodum id controversum est, Nobis Affirmativa videtur probabilior. (f)

(a) Si enim ob legitimam aliquam & jure Feudali definitam amissionis causam, de quib, *disposit. præted. 7. actum est*, Vafallus à Feudi possessione ceciderit, nihil subsidij in actionibus aut interdictis ei est reliquum: cum quod maleficia impunita manere non debeant. *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* sed pænas ob illa solvi magna ratio suadeat. *l. 70. §. fin. ff. de Fidejuss.* tum quod jura vigilantibus quidem sint scripta, *l. 24. in fin. ff. Que in. fraud. creditor.* non autem delinquentibus. *arg. l. 63. §. 7. ff. pro Socio (b) c. unic. vers. Res autem 2. F. 8. ubi quasi vindicatio dicitur. Curt. Jun. p. 1. quest. 10. Zas. p. 6. n. 37. Duar: c. 18. n. 1. Borch: c. 9. n. 1. Schrad: p. 5. c. 6. n. 1. Rosenth: c. 12. concl: 12. n. 2. Vultraj: lib: 2. c. 1. n. 13. Rittesh: P. F. lib. 2. c. 8. q. 2.* Illaq; quasi vindicatio datur Vafallo adversus quemlibet possessorem, sive ille sit extraneus, sive dominus, *d. c. unic: ibi à quolibet possidente, Zas: Duar: Borch Vultr: dd. II. Hartm: Hartm: P. O. tit: 54. Obs: 12. n. 2. arg: l. 1. in fin. ff. si ager. vectig: per:* (c) Utitur illà Vafallus pro ratione negotij, sive contractus, quo constitutum fuit Feudum: Sic Feudo empto evictio, ex empto ager Vafallus de evictione, *l. 16. in pr. l. 70. ff. de Eviction:* pro eo, quod ex permutatione possedit, actione præscriptis verbis.

verbis. l. 1. §. 1. ff. de rer. permut. l. 29. C. de Evictionib. Pro Feudo quod ex legato eidem obvenit, actione ex testamento. l. 58. ff. de Evictionib. & sic deinceps. Et quidem contra Dominum, si ei Feudum evictum h. e. per sententiam iudicis ablatum fuerit; Hoc enim est evincere, ut constat ex l. 16. §. 1. ibi: vel damnatus est l. 22. §. 1. ibi: per iudicium abstulisset l. 24. ibi: iudicio eum evictum esse ff. de Eviction: l. 17. C. eod: Borch: c. 9. n. 13. ad id, ut aut aliud sibi Feudum ejusdem bonitatis, cujus erat quod evictum tempore rei iudicatur, præstet: aut nummos, quibus aliud sibi Feudum acquirere possit, numeret, c. unic. 2. F. 8. c. unic. 2. F. 25. Ita tamen demum Vasallus ad Feudum æquivalens agere poterit, I. si pendente lite dominum vocaverit, ut sese defenderet, d. c. unic. 2. F. 25. II. Si tempore Investituræ omninò nesciverit Feudum fuisse alienum d. c. unic. in pr. 2. F. 8. Scientia enim & cupiditas rei alienæ hoc casu Vasalli malam fidem arguit, & ob id de evictione acturum repellit, vide disput: Colleg: 3. th. 17. lit: D. Borch: d. l. Zaf. p. 6. num: 18. Duar: c. 18. num: 5. in fin: Bocer: disput: 18. th. 9. Class: 4. Eleganter & latissimè præ cæteris Rosenth: c. 9. conclus: 98 & 99. (d) Et si duas præcedentes, quasi vindicationem & de evictione, actiones contra ipsum etiam Dominum exercere possit Vasallus, in hac tamen publiciana contrarium obtinet, Quæ tantum contra non Dominum datur, arg: l. 1. in pr. & l. 17. ff. de Public: in rem act: Datur ergò hæc actio Vasallo, si non dominus ipsum de Feudo investierit, & non quidem per hoc utile dominium, sed proximum acquirendi dominij gradum, i. e. jus usucapiendi sive præscribendi hanc rem, in ipsum transfulerit, Schrad: p. 5. c. 6. num. 1. & 2.

ille autem possessione sua exciderit. Id enim
in hoc iudicio requiritur. *arg. l. 2. l. 6. l. 12. in pr.
l. 13. in pr. ff. de Publician. Rosenth. c. 12. concl. 12. n. 5.
Rittersh. d. c. 8. q. 2. vers. Qua in re notabiliter. & c.
Gothofr. d. disp. th. 3. lit. D. Adde Oldend. Class. 3. Act. 3.
ubi iudicij publiciani circumstantias describit,
ejusq; praxin ostendit. (e) Quod ad recuperan-
dam possessionem datur à Prætorè. *l. 1. §. 1. ff. De
Vi & vi arm. vide Oldend. Class. 2. Act. 10.* (f) Pro-
pter sequentes rationes: I. Quia Vasallus tam-
diu honorem & reverentiam Domino debet,
quamdiu Dominus illum ut Vasallum habet.
arg. c. unic. cir. fin. 2. F. 6. c. Esto subjectus: dist. 95.
Eleganter huc quadrant exempla Oratoris
Domitij & Lucij Crassi, quorum ille Principi
suo de honore debito, sibi ab eo non exhibito
conquerenti respondit: cur ego te habeam
ut Principem cum tu me non habeas ut Senato-
rem? hic autem Philippo regessit, Egone te
Consulem putem cum tu me non putes Sena-
torem, quæ recensentur à Borcholdo. *d. l. n.
19.* II. Quia Vasallus ex tali causa turbationis
etiam agere posset contra Dominum ad priva-
tionem proprietatis. *arg. d. c. unic. 2. F. 6. c. unic.
vers. Domino committente 2. F. 26. c. unic. 2. F. 47.*
Cur ergo ipsi denegetur quod minus est, nimi-
rum Interdictum hoc recuperandæ posses-
sionis, cum permittatur ei quod plus est, nempe
actio ad privationem Domini? contra juris
regulam. *c. cui licet: 53. de Rj: in 6.* III Quia
nullibi in jure Feudali Vasallo hoc Interdictum
denegatur; utiq; ex dispositione juris com-
munis, ubi contra omnes violenter invaden-
tes conceditur, illud Vasallo adplicari debet.
*arg: c. un: 2. F. 1. Probatur hæc sententia Jaco-
bin: de S. Georg: vers: Et dicti Vasalli; n. 6. Borch: c. 9.*
n. 18. 19.*

n. 18. 19. & 20. Rosenth. c. 10. concl. 23. n. 3. ubi in
 addit sub lit. C. sententiam hanc verissimam di-
 cit & in praxi, etjam in Camera Imperiali obti-
 neri posse putat. Myns: 4. obs. 91. n. 7. Vult: lib.
 1. c. 11. n. 27. lib, 2. c. 1. n. 15. Obrecht: lib. 4. c. 10.
 n. 21. & 22. Gædd. tr. Feud: c. 15. n. 6. Ant. Gothofr.
 d. disp. th. 4. lit. D. Arumæ. disp. Feud: 8. th. 8. Di-
 splicet, Wesenb: tr. Feud: c. 10. n. 15. Schrad: p. 6. c.
 6. n. 101. Sonsbec: p. 11. n. 49. Zaf: p. 7. n. 49. p. 11.
 n. 23. Bocer: Claf: 4. disp: 16. th. 41. lit: E. Menoch.
 recuper. poss: remed: 1. n. 94. & seqq: Qui tamen
 ex Molinæo ibi. n. 98. Vasallo sine difficultate
 concedi Interdictum Unde vi assent, si vis ar-
 mata à Domino commissa esset. arg: l. 1. §. 43. ff.
 De Vi & vi armat: Id quod etjam notavit Borch:
 d. l. n. 20. Affinis est quæstio huic nostræ, An
 Vasallus sine venia Dominum in jus vocare
 queat? Illa autem quia satis ventilata, in disp.
 Colleg: 6. th: 2. sub lit: A. & affirmativè defensa,
 non placet illam hic recoquere. Neq; verò
 Vasallo prædictæ actiones solum competunt,
 sed easdem etjam si ab aliquo conveniatur,
 exceptione elidere potest. c. unic: vers: Et si ab a-
 lio 2. F. 8. c. unic. §. 5. vers: Si Vasallus 2. F. 26. c.
 unic: 2. F. 43. l. 156. §. 1. de R. J. c. Qui ad agendum
 71. de R. J. in 6. Bocer: Claf: 4. disp: 18. th: 19. Rit-
 terh: d. c. 8. q. 2. ibi: Quod deniq; ait Feudista. & c.

V.

Enucleatis jam actionibus plerisq; (a) Vasallo Feu-
 di nomine competentibus, consequens est, (b) ut etjam
 illas examinemus, quæ Domino esse possint proficuæ:
 Ex illis autem quædam ei dantur adversus Vasallum,
 quædam adversus extraneum.

(a) Tradentis enim dogma non est singula per-
 sequi, ut loquitur elegantissimè ille seculi no-
 stri po-

stri Politicorum Primipilus, Waremund. de Erenb in Medit: pro Feder: lib: 1. c. 1. n. 181. arg. l. Gallus: 29. §. 2. ff. de Liber: & posthum. (b) Rectè priori loco actum esse de actionibus Vasalli, vel inde constat; Quia, si Dominus & Vasallus concurrant in re Feudali ab aliquo tertio vindicandâ, Vasallus in sua utili rei vindicatione præfertur Domino directam instituere volenti. FF. in c. unic: vers: Rei autem 2. F. 8. Borch: c. 9. n. 2. Vultej: lib: 2. c. 1. n. 14. ubi addit rationem ex Hart: Pist: 3. q. 25. n. 9. Ritters: P. F. lib: 2. c. 8. q. 14. Hartm: Hartm: P. Obs: tit: 54. Obs: 12. n. 3. Regn. Sixtin: in suo ut luculentissimo ita elegantissimo tractatu Vultej: lib: 1. c. 5. n. 6. de Regalib. lib: 1. c. 7. n. 20. ubi n. 21. & 22. ex Præpos. & Lauden: assertionem limitat, eamq; cessare adferit: I. Si Dominus tantum tanquam directus dominus, & sic de jure suo saltem agat, nec intentionem eo dirigat ut possessionem consequatur. II. Si Dominus de jure Vasalli ageret illo sciente & non contradicente.

VI.

Contra Vasallum Domino competunt, actio Beneficiaria, (a) Directa rei vindicatio, (b) sive ejus loco in rem Publiciana, (c) actio ex contractu quo Feudum est constitutum, (d) Condictio causa data causa non secuta, (e) & utilis præjudicialis. (f)

(a) Sive condictio ex moribus, alias appellationes. vid. Supr. thes. 2. sub lit. C. Et hæc actio omnia comprehendit de quibus Dominus nomine Feudi conqueri potest, non tam ex contractu quam æquo & bono & ex naturali æquitate descendens. arg. l. 65. §. 4. ff. de Condict. Indeb. l. 3. §. 7. ff. de Cond: caus: dat. Datur autem Domino ad id, ut vel feudum retineat salvum & inco-

& in colume, vel ut Feudum ad ipsum revertatur, fortè ob feloniam aut culpam aliquã commissam. *Schrad. p. 9. prin. Sect. 9. n. 33. Rosenth. c. 12. concl. 13. n. 1. Vult. lib. 2. c. 1. n. 17. in fin. Anton. Goth. disp. 13. th. 7. lit. C. (b)* Sicuti enim supra *th. 3. lit. B* utilem vel quasi rei vindicationem Vasallo dari diximus, ita hãc directam rectè attribuimus. *arg. l. 23. in pr. ff. de Rei Vindic.* Et hæc competit Domino vel ob id, quod Vasallus rem domini allodiam in Feudum sibi dicit concessam, quæ tamen concessa non est *c. unic. s. 1. ibi: rem suam perat 2. F. 2;* vel ob finitam generationem; vel ob tempus in Investiturâ definitum elapsum; vel ob non præstita requisita servitia; vel ob Feudi incio domino factam alienationem; vel ob Vasallorum inhabilitatem, & quamcunq; aliam commissam feloniam, *Borch. d. c. 9. n. 21. Rosenth. d. c. 12. concl. 13. n. 34.* Nisi tamè consultius Domino visum fuerit in enumeratis casibus conditionem ex moribus adversus Vasallum instituere, id enim hunc posse omninò statuendum est, *Obrecht. lib. 4. c. 10. n. 27. (c)* Propterea quod in hac facilius quis obtinere potest, quam in illa. Idq; ob probationem domini, quæ difficilis censetur *arg. l. 24. ff. de Rei vindic.* quàm requirit rei vindicatio *l. 23. ff. d. tir.* cum contra in Publiciana titulum & possessionem probasse sufficiat, *l. 1. de Public. in rem. Rosenth. c. 9. concl. 100. n. 8. Rittersh. l. 2. P. F. c. 8. q. 14. cir. fin.* Imò ex hodiernâ consuetudine Publiciana cum Rei vindicatione potest cumulari, de qua consuetudine testantur *Petr. Jacob. in Pract. Aurea libell. Rubr. de Action. in rem pro re Feudal. circ. fin. ibi: Et permittitur de consuetudine m. f. 17. Rosenth. c. 9. concl. 100. n. 7. Oldend. class. 3. Act. 3. Rubr. Ad finia remedia n. 1. ubi pro stabilienda hæc consuetudine adducit c. Abbate sane 3. in pr. de*

Y

Sent. &

Sent. & rejud. in 6. (d) Pacta enim bonæ fidei contractibus adjecta, cum ipsi contractui insint l. 7. § 7. ff. de Pact. certè ejusdem contractus actionem producant l. 4. in pr. ff. de Leg. commiss. l. 21. § 4. ff. de act. empt. l. 75. l. 79. ff. de contr. empr. Bocer. class. 4. dist. 18 th. 12 lit. C. Quæ itaq; sup. th. 2. lit. E. juris remedia pro Vasallo hoc casu adduximus, vice versa hic domino putamus esse utilia, (e) Expressus est text. in c. unic. 1. F. 21. Non solum autem hæc condictio datur Domino contra Vasallos, si servire noluerint, etiam si hic casus d. c. unic. duntaxat exprimitur, sed etiam si Dominos prodant, si Feuda contra constituit Lotharij 2. F. 52. & Friderici 2. F. 55. alienent, si Dominos non venerentur & suspiciant. In omnibus n. hisce & alijs delictis Domino frustrantur causâ, i. e. sine, ob quem Feudum Vasallis concesserant, qui est, ut Vasallos habeant fideles. Eleganter præ reliquis Borch. c. 6. n. 22. 23. & 24. Vult. lib. 2. c. 1. n. 17. Gothofr. d. dist. th. 7. lit. D. Rittersh. d. q. 14. cir. fin. Bocer. d. d. th. 12. lit. D. (f) Quod tueri conabimur cum Dn. Rittersh. dl. quæst. 15.

VII.

Adversus Extraneum eidem datur etiam directæ rei vindicatio, Condictio ex Cap. Imperialem 2. F. 55. Condictio ex leg. ultim. C. de Acquir. possess. (a) actio injuriarum (b) & similes: Interdicta autem Uti possidetis & Unde vi, contra utrumq; , tam Vasallum, quam Extraneum Domino competunt. (c)

(a) In tribus hisce præcedentibus actionum speciebus, itidem ad Clariss. & Excellentissimū Dn. Rittersh. d. c. 8. q. 16. nos remittimus, ubi luculentissimè singula explicat & inducit. Addatur Rosenth. c. 9. concl. 100 p. tot. (b) Illa competit Domino si ab extraneo de quasi possessione juris sui

juris sui, quod in Vasallum habet, deiciatur,
vel saltem impediatur in annuæ pensio-
nis præstatione. *arg. l. 13. §. ult. ibi, aut si quis*
l. 15. §. 31 ff. de Injurijs. (c) Duar. c. 19. n. 6. Zas. p. 11.
n. 22. Vultei. lib. 2. c. 1. n. 22. Arumæ: disp. Feud. ult. th. 6.
Dissent. Borch. c. 9. n. 26. Bocer. Clas. 4. disp. 18.
th. 16. Rittersh. d. c. 8. q. 17.

VIII.

Et hætenus de actionibus Vasallo & Domino
competentibus; Superest ut etiam brevissimè Libero-
rum & Agnatorum juris beneficia perstringamus. Fi-
lij itaq; & Agnati ad quos Feudum ex causa succes-
sionis spectat, illud sibi vindicare possunt, vel petitione
hereditatis; (a) vel officio judicis, (b) vel jure *ωενμύ-*
σε; (c) alijsq; remedijs, quæ omnia hic commemorare
nimis longum foret.

(a) Quod quidem in Feudo simpliciter & ab-
solutè hereditario, puta recepto à Vasallo pro se
& quibuscūq; heredib; suis, omni caret dubio.
Myns. 3. Obs. 67. n. 2. Wens. in par. cod. tit. n. 11. Vult. lib.
2. c. 1. n. 2; In Feudo autem ex pacto & providen-
tia quod dicitur, an idem dicendum sit, non
caret controversia. Nobis placet affirmativa
cum Dn. Rittersh. d. c. 8. q. 31. (b) Illud filijs vel A-
gnatis implorare est integrum; Filijs, si Domi-
nus Investituræ renovationem die Lebensvera-
newrung ipsis denegat. De qua renovatione
vide disp. Coll. 4. th. 24. 25. & 26. Rittersh. d. l. q. 19. in pr.
Agnatis si deficiente linea descendentium cu-
piant à Domino de Feudo ipsis aperto investiri.
Tenetur n. illos investire Dominus præ extraneis.
Curt. Jun. p. 2. q. 15. ubi n. 2. testatur de cō-
muni, Clarus §. Feudum q. 87. licet dicat se nun-
quam vidisse in Feudis id servari in practica,
Mozz. tr. Feud. tit. fin. n. 3. Myns. 5. Obs. 16. & 6.
Obs. 79. à quo etiam recensentur quatuor hujus

conclusionis requisita. (c) Derivatur vocabulum à *degnudaw*, quod est honorificè præfero. Inde etiam quandoq; à *Dd.* jus prælationis, jus retractus, jus congruj appellatur, Germanis *de neher Kauff der Einstandt*. Hoc autem jute Filij vel Agnati contractum alienationis Feudi cum alio, vel captum prohibent, vel perfectum rescindunt & Feudum recuperant. De prohibitione est *text. in c. unic. §. 1. ibi in prohibendo vel redimendo. 2. F. 9.* De recuperando est, *text. in c. unic. §. 1. ibi rem tibi restituere. 2. F. 3.* Utrumq; tamen fluit ex jure *de h. p. i. c. 6.* Quatuor autem potissimum necessaria sunt, ut hoc jure quis uti possit. I. Quod sit proximior agnatus 2. F. 3. *ibi, alij proximiori.* II. Quod Vasallus titulo oneroso Feudum alteri concefferit. *d. c. unic. ibi. eam vendere. & c. unic. 2. F. 9. ubi pretij fit mentio. Schrad. p. 8. c. 7. n. 4. & 33.* III Quod idem pretium, quod emptor dedit vel promissit, refundere paratus sit. *d. c. unic. ibi equali pretio 2. F. 3. & 2. F. 9.* IV. Quod offerat illud intra annum, à tempore habiti vel recogniti contractus. *d. c. unic. ibi vel annali silentio. 2. F. 9.* Videatur de reliquis huc pertinentibus *Anton. Gothof. disp. 10. Feud.* ubi elegantissimè & solidè hanc rem pertractat. Cætera *Spatijs exclusus iniquis Prætereo*, atq; alijs post me memoranda relinquo.

COROLLARIA.

- I. *An etiam pro Feudo Vasallo detur Novi operis nuntiatio? A.*
- II. *An designatio futuri successoris in dignitatibus publicis Imperij defendi possit? A*
- III. *An in defensione ac resistentia quis primum idum expectare teneatur? N.*

juris sui, quod in Vafallum
vel faltem impediatur
nis præstatione. *arg. l. 13. §
l. 15. § 31 ff de Injurijs. (c) Duar.
n. 22. Vultei. lib. 2. c. 1. n. 22. Arum.
Dissent. Borch. c. 9. n. 26. Eoc
th. 16. Rittersh. d. c. 8. q. 17.*

VIII.

Et hætenus de actionib
competentibus; Superest ut et
rum & Agnatorum juris benefi
lij itaq; & Agnati ad quos Fe
fionis spectat, illud sibi vindica
hereditatis; (a) vel officio judi
ce; (c) alijsq; remedijs, quæ or
nimis longum foret.


(a) Quod quidem in Feudo
solutè hereditario, puta rece
& quibuscūq; heredib⁹ suis,
*Mynf. 3. Obs. 67. n. 2. Wens in par
2 c. 1. n. 2;* In Feudo autem ex
tia quod dicitur, an idem d
caret controversia. Nobis
cum Dn. Rittersh. d. c. 8. q. 21. (c)
gnatis implorare est integri
nus Investituræ renovatio
newring ipsis deneget. De
vide disp. Coll. 4. th. 24. 25. & 26
Agnatis si deficiente linea
pian à Domino de Feudo ip
Tenetur n. illos investire D
neis. *Curt. Jun. p. 2. q. 15. ubi
muni, Clarus § Feudum q. 87.
Mozz tr Feud. tit. fin. n. 3.
Obs. 79. à quo etiam recense*

Y 2

atur,
nfio-
si quis
p. 11.
th. 6.
p. 18.

& Domino
mè Libero-
gamus. Fi-
ausa succes-
el petitione
jure *δεγμή-*
mmemorare

& ab-
pro se
ubio.
t. lib.
iden-
non-
ativa
el A-
omi-
svera-
tione
in pr.
n cur-
estiri.
xtra-
le cō-
nun-
tica,
& 6.
hujus
con-



the scale towards document